veri, visti, et liquidi dotalitij, in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum, obligatoriorum, mobilium, et immobilium, summanemque quarumvis pecuniarum, nec non auri, argenti, clenodiorum, unionum, margaretarum, vestium, vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum equitiorum, ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae, dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit, et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit, et reformat praesentibus per ipsam Nobilem Hala Iaworska sui Recognoscentis Consortem Legitimam et ipsius Posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum universis ipsorum utilitatibus, et usufructibus, Competentiaque et praerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

Idem Conti Aduuittlem inscribit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Nobilis Iwan Iaworski Hawrylowicz sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competen. recedendo. Praesenti vero Castren. Capitan. Praemislien. Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobilis Hala Iaworska Nobilis Wasil Iaworski Cylowicz cum Nobili Maryna Polinska Consorte eius legitima procreatae filiae sui vero Recognoscentis Consorti legitimae omnium generaliter bonorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium, summanemque quarumvis pecuniariarum nunc habitarum et in post haben., item auri, argenti, clenodiorum, vestium, vestimentorum pecorum, pecudum, equorum, equitiorum, ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae advitalitatem et usumfructum ad extrema duntaxat vitae ipsius tempora inscripsit et concessit, prout inscribit, et concedit praesentibus, tali videlicet modo. Quod si prius praefatum Nobilem Iwan Iaworski Recognoscentem Maritum, quam praedictam Nobilem Hala

Iaworska

Iaworska sui Recognoscentis Consortem de hac luce decedere contigerit, ex
nunc, et tunc eadem Consors sua bona generaliter omnia haereditaria
et obligatoria, mobilia et immobilia, res[que] suprascriptas omnes morte eius
Mariti sui derelictas cum omni eorundem Iure, Dominio et proprie-
tate, omnibus[que] et singulis bonorum eorundem suprascriptorum[que]
rerum utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis ob-
ventionibus, attinentiis[que] et pertinentiis generaliter universis tenebit, habebit
et possidebit, illis[que] pacifice et quiete utifructuet ad extrema duntaxat
vitae suae tempora. Post mortem vero suprafatae Nobilis Iaworska Consortis
suae, extunc bona eadem suprascripta omnia ad Successores praefati No-
bilis Iwan Iaworski Mariti sui sine ulla contradictione et impedimento Suc-
cessorum praefatae Nobilis Hela Iaworska Coniugis suae cum pleno Iure eorundem[que]
bonorum praemissorum[que] omnium devolventur.

Iaworski Szusteiowicz Conti Rermt

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Pre-
misliensibus Nobilis Feclko Iaworski Szusteiowicz sanus mente et corpore exi-
stens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus[que] suis quibusvis
propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisli-
ensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, seque, Successoribus, ac bonis
suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, eiq[ue] subiiciendo
palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili
Sophiae Hnielka, olim Nobilis Feclko Hnielki Iaworzewski ex olim Nobili
Hrisia Czerniecka procreatae filiae, sui vero Recognoscentis Consorti legitimae
eius[que] posteris summam Triginta Florenorum polonicalium ratione dotis
et expeditionis post eam acceptos et in domum suam importatos, necnon
aliam similem summam Triginta Florenorum polonicalium, ratione certi veri, iusti
et liquidi dotalitii, in et super tota et integra medietate bonorum suorum
generaliter omnium, haereditariorum, obligatoriorum, mobilium et immo-
bilium, summarum[que] quarumvis, pecuniarum, necnon auri, argenti, cleno-
diorum, unionum margaritarum, vestium vestimentorum, strami-
dis, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equiciorum, ac to-
tius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae, de-
dit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit, et reformavit, prout dat, dotat

dotalitiat